

emtio non sit mutuum, sed liberrimum et gratuitum Dei donum. Omnia enim nobis donauit in Filio. Quamuis, inquam, haec ita se habeant in rei veritate, tamen, ut vitetur calumniandi suspicio tolerari utcunque possunt, modo commodam interpretationem admittant.

- 5 IV. De tribus sequentibus articulis, nimirum: de iustificatione, de eius utilitate et fructibus deque iustificandi modo in 3. 4. et 5. foliis.¹⁰

Haec doctrina, quam tradit liber Interim de iustificatione etc., pugnat ex diametro cum doctrina prophetica et apostolica. Non est enim dubia nec obscura et impura tantum, sed etiam impia et verae iustificationis rationi
 10 contraria, quae propterea nullo modo tolerari potest. Nam fundamentum, quod nititur – nempe locus Pauli Rom. V – deprauatum est in hunc modum apertissime, quod cum Paulus illic loquatur de charitate Dei erga nos, inquit „charitas Dei diffusa [80:] est in cordibus nostris per Spiritum sanctum“¹¹ et, sicut se ipsum paulo post exponit, cum subdit „commendauit Deus charitatem suam erga nos“,¹² liber Interim torquet illum locum ad charitatem
 15 nostram erga Deum et proximum, quod Deus per Spiritum sanctum in corda nostra diffunderit charitatem, qua inhaerenter iusti simus coram Deo.¹³ Cum tamen vera iustitia non est iustitia inhaerens in nobis per nostram charitatem et nostra opera, sed concupiscentia nobis inhaeret, iustitia vero, qua iusti et
 20 accepti coram Deo sumus, aliunde prouenit, nimirum ex charitate Dei erga nos seu ex misericordia Dei propter mediatorem Christum et fide nostra, quae Dei donum est, appredenditur, non nostra charitate. Nec est, nec vocatur iustitia nostra, multo minus iustitia inhaerens aut formalis – hoc enim est nouum et hactenus inauditum monstrum –, sed iustitia Dei, iustitia Christi,
 25 iustitia imputatiua, iustitia christiana dicitur una et eadem iustitia, quae coram Deo valeat.¹⁴

Iustitia, quam liber inhaerentem vocat, est vere iustitia legis, quam Esaias Cap. LXIV immundae vesti,¹⁵ Paulus Philipp. III. stercoribus comparauit.¹⁶

¹⁰ Vgl. Augsburger Interim IV–VI, 43–51; Augsburger Interim (Ulhart), B 3r–C 1r.

¹¹ Röm 5,5.

¹² Röm 5,8.

¹³ Vgl. Augsburger Interim IV, 45. Die mittelalterliche, scholastische Tradition ging davon aus, dass Gott im Vorgang der Rechtfertigung seine Gnade in den Menschen eingießt („gratia infusa“), die ihrerseits als Liebe zum habituellen Besitz des Menschen wird, mit dem er als Gerechter Verdienste ansammeln kann, die Gott einst mit der Seligkeit belohnen wird. Vgl. Christiane Tietz, Art. Rechtfertigung III. 2, in: RGG⁴ 7 (2004), 104f.

¹⁴ Innerhalb der Wittenberger Reformation betonte vor allem Philipp Melanchthon den forensischen Charakter der Rechtfertigung. Der Mensch werde vor Gottes Richterthron gerecht gesprochen, weil ihm die fremde Gerechtigkeit Christi im Glauben angerechnet wird („imputatio iustitiae alienae“), die niemals zu seiner eigenen Gerechtigkeit werde, sondern stets die dem Sünder angerechnete fremde Gerechtigkeit Christi bleibe. Vgl. Christiane Tietz, Art. Rechtfertigung III. 3, in: RGG⁴ 7 (2004), 105–107.

¹⁵ Vgl. Jes 64,4f.

¹⁶ Vgl. Phil 3,6f.